

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. IX. Incertum est, an per vota simplicia, post biennium emissa in
Societate Jesu, dirimatur Matrimonium ratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

ma illa ejus capituli verba: *Ceterum si sponsam cognoverit antequam matrem, vel post, nunquam poterit eam vel aliam in uxorem accipere.* Hoc enim idem dicitur, non quia Matrimonium non est; sed quia consummato jam Matrimonio, ob affinitatem, vel precedentem consummationem, vel supervenientem consummationem, non licebat uti conjugio, ut recte exponit Canisius loco citato. Hæc ille.

509. Igitur videtur hic textus intelligendus de Matrimonio rato nondum consummato, & non de sponsalibus de futuro. Secundum quem intellectum videtur ex eo probari, Pontificem posse dispensare in Matrimonio rato, propter incestum publicum cum noverca, ibique dispensasse, ut indicat Pontius sup. dicens: *In quo textu plenè Pontifex ob incestum commissum ante consummationem, si publicum esset crimen, rescindi voluit Matrimonium, cā nimis utens potestate, quam ex probabili opinione habent Pontifices dissolvendi Matrimonium ratum fidelium non consummatum.* Hæc ille.

510. Qui tamen lib. 9. c. 3. n. 4. in fine ait, Alexan. 3. in dicta Appendice Concil. Later. illam opinionem reprobavit. Quomodo reprobavit, si in ead. Appendice ea protestate seu opinione usus fuerit? Expectatio conciliationem.

Interim codex cap. 3. n. 17. censet Basilius, in dicto cap. 2. non agi de dissoluzione jam contracti Matrimonii, sed de usu & cohabitatione; & tria, inquit, responder Pontifex. Primum; quod si occultum est crimen, non separantur, cùm publicè cohabitare. tractum sit, non solum quod vinculum, sed neque quod torum. Alterum est; quod si crimen est publicum, quia scilicet cognovit matrem sponsam; si tamen non cognovit ipsam sponsam, concedatur dispensatio, & possit aliam ducere, & illa alium; quod intelligo illâ defunctâ, non alter, sicut lib. 7. explicui multa. Non enim vult spe conjugii carere, si non cognovit filiam ejus, quam polluerat contracto Matrimonio. Tertium est; si cognovit sponsam, ut careat omnino spe conjugii, etiam illâ defunctâ, que olim frequens pena erat. Hæc ille.

511. Igitur ex hoc textu non accipitur firmum argumentum pro sententia Suarrii. Et quia hic Auctor fortiter urget, ut sup. vidimus, Extravag. Joan. 22. *Antiquæ*, de Voto, ubi dicit Pontifex, votum, solemnis Ordinis sacri non dirimer Matrimonium ratum, redditque rationem: *Cum nege ju-re Divino, nec per sacros repeteramus Canones hoc statutum, placet hic subiecte dupli-cem responsionem Pontii.*

512. Prima est; Pontificem voluisse reddere

rationem in Omnium sententia; sciebat *Primæ resp.* enim varias de hoc esse sententias. Itaque *Pontii ad Extrav.* idem est, ac si diceret: *Votum soleme Religionis Quidam dicunt jure Divino,* Alii Ecclesiæ, habere vim dissolvendi ratum Matrimonii: at de Ordine sacro nullum quod hoc extat jus Divinum, neque Ecclesiasticum.

509. Secunda: Dici potest, nomine sacrorum *Secunda.* Canonum intellexisse non leges Ecclesiasticas, id statuenter; sed referentes privilegium Divinum, sicut extant Canones referentes privilegium Divinum concessum religioso Stati, seu Professioni. Ita Basilicus sup. n. 18.

Et num. 19. sic concludit d. cap. 3. Ex his, quæ in his capitibus dicta sunt, plenè constat, Matrimonium solâ auctoritate Divinâ dissolvi posse. Nam cùm Deus sit Dominus omnium, potest corpus mihi traditum, à me auferre, etiam sine meo consentiu: unde sequitur, etiam solum in his casibus posse dissolvi, i. quibus Deus explicit, velle dissolvi, qui tantum sunt duo, & in favorem Religionis, cùm consummatum non est, & in favorem Baptismi etiam consummatum. In his autem casibus voluisse Deum Matrimonium dissolvi, habemus auctoritatem Patrum, & Ecclesiæ Traditionis; ex qua etiam habemus, non esse datum facultatem dissolvendi consummatum fidelium, licet fieri à Deo etiam potuisse, cùm Patres & Ecclesia doceant, non licere conjugi vovere continentiam, altero invito post usum Matrimonii.

Ista est Conclusio Pontii, quam etsi ex toto sequi non tenearis, ut ex hac tenus dictis sat is constat; equidem absque errore in fide, aut bonis moribus, sequi poteris. Hoc unicum fidei est: Matrimonium ratum non consummatum per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum dirimi; ex quo sequitur hoc corollarium:

CONCLUSIO IX.

Incertum est, an per vota simplicia, post biennium emissâ in Societate Jesu, dirimatur Matrimonium ratum.

Dixi per ea vota Matrimonium ratum, docet Pontius lib. 9. cap. 6. n. 1. *Per vota.* Si enim (inquit) id concessum est religioso simplicia Stati ex Christi privilegio, & ab initio Societas cum effectum habuit Status religiosus, & *Iesu solvi* antiquus ille Religionis Status tantum con-*Matr. ratu* stabat votis simplicibus, liquidò colligitur, docet Pon-vota Societas, post biennium emissâ, can-*tus*; & pro-bat.

ligio-

968 Diff. II. De Contraktu & Sacramento Matrimonii.

ligiosum efficiant. Concessum est autem illud privilegium à Christo Statui verè & substantialiter religioſoſ; & ex consequenti, non ſolum Professioni ſolemni, eo modo quo nunc vocamus ſolemnen; ſed etiam Professioni verè & substantialiter conſtituenti Statutum religioſum, qualis conſtituitur per tria vota in Societate poft bienniū. Hęc ille.

515. Cofirmatur ab exemplis Sanctorum.

Ex Decreto Eusebii Pap.

Quod etiam (prosequitur) ex eo validē conſirmatur; quia Sancti illi, quorum exemplo persuadent ſibi Pontifices factum ex revelatione Divina, ſcilicet Joannes Evangelista, Alexius, Theonas quidam, atque Marcius Romanus, illis ſeculis claruerunt, in quibus nondum erat votorum Religionum introducta ſolemnenſ.

Quod idem affirmandum eſt de Decreto Eusebii Pap. Quāvis enim daremus, Eusebium ejus legis primum conſigntem extitifſe, quod tamen falſiſſimum eſt, adhuc concedendum, eam vim in eſe votis Societatis. Nam Eusebii tempore nondum Ecclesiastica vororum ſolemnitas introducta erat; ſed illorum temporum ſub Eusebio Religioni, qui Baſilii, Aug., & Benedicti Monachos präceſſerunt, tantum conſtabant votis ſimplicibus, quæ tamen verè Religioſos efferten. Hucusque Pontius.

Et non aed male, juxta ſua principia, ſcilicet statutum Religionis eum effectum ab initio habuisse ex privilegio Christi, & in ſuper antiquum statutum Religionis tantum conſtituiſſe votis ſimplicibus, ut latiſſime probat lib. 7. ubi de impedimento voti, oſtendens per multa capita, ab initio Eccleſia Religioſos habuisse verum dominium fuorum bonorum; itemque valide contraſiſte Matrimonium, nec non potuiffe abſolvi à fuis Prælatiſ ab obligatione votorum, quæ omnia repugnant hodiernę ſolemnitati votorū, ut clarū eſt, & ab Omnibus admitti.

517. Verumtamen quia frequenter negant DD. statutum Religionis ab initio conſtituiſſe votis tantum ſimplicibus, idem etiam frequenter negant, vota ſimplicia, poft biennium in Societate emissa, diſimere Matrimonium ratum; non quin per illa vota fiant homines veri Religioſi, juxta Declaratio-

Emissio iſtorum votorū non eſt profefſio, ex Bul. Greg. 13.

Greg. 13. Bulla: Quād fructuſius, 26. apud Rodrig. ſed quia non ſunt Religioſi profesſio, ut ibid. ſignificat Pontifex his verbis: Biennio itaque novitiatū completo, & emiſſio votis ſimplicibus, una eſt omnibus omnino vivendi & obediendi ratio, debemque omnes in communī vivere, ac in omnibus obediare, non feciſ ū, qui Professionem non emiſſerant, quām profeſſi.

Et plura familia invenies in d. Bulla, quæ manifeſtē indicant, emiſſionem illam votorum ſimplicium, non eſſe veram Profefſionem. Jam autem Concilium Trident. defi-

nit, Matrimonium ratum non conſummatum diſimi, non per Statutum religioſum, per vota ſimplicia, quæ conſtituunt Statutum religioſum; ſed per ſolemnen Religionis Professionem. Si quis dixerit, Matrimonium ratum non conſummatum, per ſolemnen Religionis Professionem alterius coniugij, mihi anathema ſit. Ubi de ſolemni Professione hoc definiens, tacitē ita explicat qua uita, & significat, non aliter lovi.

Sed responderi poſſet: Trident probat ſciens diuerſitatem opinionum inter DD. Catholicos de hac materia, deſinifſe quod amagiſ certum & extra dubium eſt, reſuens indeſiſſum; an etiam per vota ſimplicia, quibus aliquis efficiat vera Regula Matrimonium ratum diſimile, quod eſt controverſum. Interim ex illa deſinione Concilii manifeſtē pauca ſunt ſed Concluſionis; ſcilicet, diſimile Matrimonii rati per vota ſimplicia ſocordia poſſe eſſe incertam.

Immo exiſtimo longe probabilius per tem negativam, que Surius, Societatis Dabo, ſemper verior ac ſecundus vila eſt, ut ipſe ait. to. 4. de Relig. lib. 4. c. 2. n. 3. dicit. pro illo tempore, quando illa vota non reſuens debant voventem inhabilem ad ſubfques Matrimonium, quod duravit tunc ad ſimum 1584. in quo Greg. 13. Bulla: Aſſidente Domino, ſtatut, quod legunt: Ne ante huic modi diſolitionem, & a Societate diſiſionem, Matrimonium contrahere, quāmo eos omnes ad contrahendam inhabili, ac contractus ſuojmodi nullus & irriſioſe, proit irriſioſe faciū & annulamus. Sive etiam pro tempore ſubfquente hanc Conſilium.

Eadem quippe eſt ratio utriuſque tem poris, iurputa: quia hic effectus non ſunt ex ſola rei natura, ex voto aliquo ut ex ſubfquente promiſſione, aut per manu contractū, privata auctoritate, nec etiam iure Divino poſitivis, eſt hic effectus aliqui voto, aut ſancto gilio; ſed neceſſaria eſt Eccleſia authoritas, per quam virtus ad hunc effectum reatur: ſed nec hoc, nec illo tempore, fuerit haec vota ab Eccleſia recepta & approbita ad hunc effectum: ergo &c.

Probatur Minor: quia vel approbita fuſſet ſpecialis per aliquod ius precepit ipſius Societatis à Pontifice probatum, & in hoc non; quia nec in prioribus Bullis Pontificis, nec in posterioribus, nec in Conſtitutionibus Societatis illa fit mentio talis effectus. Vel eſſet generalis approbito per Decreta juris communis; & hoc etiam dicti non poſt, quia ius commune ſolidum voti ſolemnibus emiſſis in Profefſione Religionis concedit hunc effectum, ut patet in

Trident. sup. allegato. Item ex cap. *Verum*,
cap. *Ex publico*, & cap. *Ex parte*, de *Conversi-*
conjug. & *Extravag.* *Antique*, de *Voto*,
Joan. 22.

521. Scio, in tribus prioribus juribus non fieri
expressam mentionem *Professionis*, aut, *Voti*
solemnis, sub his vocibus; sed sub nomine,
Ingressus, seu, *Electio Religionis*, vel, *Mo-*
nasterii. Sed etiam non ignoro, jure com-
muni haec equipollere, & pro eodem sumi
in iure, ut omnes Interpretes docent; & su-
mitur ex aliis juribus, dicentibus, Religio-
sum fieri Professione (qua videri possunt
sub tit. de Regular. & transeuntibus ad
Religionem) utique solemnis, qui sola tunc
erat in uso.

522.

Princip.

Confirmatio-
nem ex Sum-
mariis dicto-
rum iuris.

Sane haec tenus nemo docuit, nudum in-
gredium seu susceptionem habitus religiosi
ante Professionem, seu emissiōnēm votorum,
dirimere Matrimonium ratum; ergo prae-
dicta iura, quae nominant ingressum Religionis,
necessario intelligenda sunt de Profes-
sione aut emissione votorum, tunc temporis
ultrapata.

Hinc Summarium cap. *Ex publico*, sic ha-
bet: *Sponsa de praesenti non cognita, qua dicit,*
se velle Religionem ingredi, compellitur intra
certum tempus profiteri, vel ad hanc marito.
Et Summarium cap. *Ex parte*, ait: *Per Reli-*
gionis Professionem, non per propositum casti-
tatis servanda in seculo, dissolvuntur sponsalia
de praesenti.

523. Intelligentia
sunt de Pro-
fessione so-
lemni.

Idque intelligendum esse de Professione
solemni, & non de simplici voto castitatis,
habemus ex ipso textu; casus enim illius est,
in quo quādam mulier post Matrimonium
ratum, Volum viduitatis coram duobus Ab-
batibus assumptis, benedictione solemani,
cum celebratione Missæ ac litanie, accedente.
Et subdit Pontifex: *Licit praedita mulier*
in Veli susceptione Religionis habitum assump-
sione videatur; si tamen velit in domo propria
remanere, quasi propositum castitatis in seculo
servatura; nihilominus consummandū est Ma-
trimonium jam contractū, nisi se voto aſtri-
xerit ad obſervantiam regularem; in quo caſu
compelli potest, ut reliquo ſeculo, Religionis pro-
positum exequatur.

524. Colligatur
ex textu
cap. Ex par-
te. Surius.

Ex hoc ergo textu habemus (inquit Sua-
rius de Relig. to. 3. lib. 9. cap. 6. n. 14.)
votorum simplex castitatis publicè & cum exten-
terna solemnitate factum; imò & cum tra-
ditione coram Abbatore, non dissolvitse Ma-
trimonium ratum. Neque enim probable
est, quod quādam Glossa ibi significat; in
illa ceremonia non interveniente voto ca-
titatis, quia hoc ibi non exprimitur; & quia
Pontifex infra solum dicit: *Quasi propositum*
castitatis in seculo servatura; & quia voto,
cum simili ceremonia factum, etiam si per-
sona in domo propria maneat, solemani est;

arg. cap. ult. Qui Clerici vel voventes, &
cap. ult. 20. q. 1. & cap. de *Viduis*, 1. 27. q. 1.

Hæc, inquam, responſio probabilis non
est, Primo; quia in iure, sicut crucem afflu-
mere, semper significat voto terræ Sanctæ;
ita velum sacram aut viduale assumptum,
præstatum cum illa publica ceremonia, est
certum indicium voti virginitatis, aut con-
tinuentis virudis.

Secundo; quia illa verba: *Quasi proposi-*
tum castitatis in seculo servatura, non de quo-
cumque proposito; sed de illo, quod habet
obligationem voti adiunctam, intelliguntur;
*tum, quia verbum, *Servare*, proprii sum-*525.**
ptum, obligationem supponit; tum etiam,
qui simili phrasē locutionis dixit statim
*Pontifex, si voto Religionis habeat, cogen-*Secundum;*
dam eccl., ut Religionis propositum exequatur.*

Tertio colligitur ex fine, propter quem Tertiū.
illa mulier Volum sumplerat; scilicet, quia
viri fuerat abominata complexus: ad hoc
autem necessarium erat, saltem voto casti-
tatis emittere. Declarat autem Pontifex,
illud genus voti, sic tantum solemnizati,
non sufficere ad illam separationem facien-
dam. Haec tenus Surius.

Igitur in d. textu propositum castitatis *526.*
non distinguitur contra voto castitatis, *Quid in d.*
sed opponitur voto castitatis, quod fit in *textu intel-*
ligatur per *Religione approbata, ut latere indicat ibi propositum*
*Glossa verb. *Propositum castitatis*, dicens: *castitatis.**
Benè dicit: Propositum; quia si verè castitatis
voto devoveret alicui Religioni, scilicet
S. Aug. vel Benedicti, in propria domo ma-
nendo bene solemnizaret voto.

Hinc si Suarez oppugnet hanc Glossam,
male eam intellexit; non enim significat, ut
ipse loquitur, in illa ceremonia non inter-
veniente voto castitatis, sed non inter-
veniente voto castitatis, quo mulier se de-
voverat alicui Religioni, scilicet S. Aug.
vel Benedicti. Id est, non negat voto
simplex castitatis, sed solempne, sive voto
quo se adstrinxerat ad obſervantium regu-
larem; & tale voto posse esse solempne
manendo in propria domo, id est, que pro-
positum aliquando fuit, probans iura à d. Glossa
allegata, & non aliud.

Ex quo sequitur corollarium; tempore *527.*
Innoc. 3. cuius prescriptum est d. textus, no-
tam fuisse distinctionem voti simplicis ca-
titatis, a voto solemani; & voto simplex
non potuisse dissolvere Matrimonium ra-
tum, secus solempne.

Nec tantum tempore Innoc. 3. nota fuit ni-
hile distinctione sed etiam tempore Innoc. 1. *Inde etiam*
qui sedet an. 408. nam Epist. 2. ad Victri-
tempore In-
cium cap. 12. (et habetur 27. q. 1. cap. 10.) *not. primi,*
scribit: *Quæ Christo spiritualiter nubant, & a tur ex 27.*
Sacerdote velantur, si publicè possea nupserint, q. 1. cap. 10.
G g g g g
non

970 Diff. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

non eas admittendas esse ad paenitentiam agendum, nisi hi, quibus se junxerant, à mundo recesserint. Si enim de hominibus hæc ratio existidur, ita quæcumque vivente viro alterius nupserit, adultera habeatur, nec ei agenda paenitentia licentia concedatur, nisi unus de eis fuerit defunctus; quantù magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se spuso conjuxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit?

528. At vero cap. 13. (& ponitur eadem, cap. 9.) ait: *Hæc verò, quæ needū sacro velamine teat, tamen in proposito virginali semper permanere simulaverunt, licet velate non fuerint, si fortè nupserint, his agenda aliquanto tempore paenitentia est; quia sponso eorum à Domino tenebatur. Si enim inter homines sollet bona fide contractus nulla ratione dissolvi, quantù magis ista pollicatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non debet?* Nam si Apostolus illas, quæ a proposito viduatis discesserant, dixit habere condemnationem, quia primam fidem irritant fecerunt; quantù magis virgines, quæ pactionis suæ fidem minime servaverunt?

Ubi manifestè supponit votum castitatis, sed simplex, minimè irritans subsequens Matrimonium. Alter autem loquitur in cap. præcedenti, ut vidimus, de virginibus velatis; non ob aliam causam, quam quia earum vota erant solemnia, habentia effectum, tum dissolvendi Matrimonium ratum, tum dirimendi Matrim. subsequens.

529.
Ad d. cap.
10. videatur
responso
Innoc. 2-in
Concilio
Rom. c. 7.

Atque ad hunc textum videtur responso Innoc. 2. in Concil. Rom. cap. 7. (ponitur 27. q. 1. c. 40.) dum ait: *Ut lex continentalis & Deo placens munditia in Ecclesiastico personis & sacris Ordinibus dilatetur, statutum: quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, regulares Canonici, Monaci atque conversi profissi, qui sanctum transgrederentur propositum, uxores sibi copulare presumperint, separantur. Hujusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, Matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam paenitentiam agant. Idipsum quoque de sanctis Monialibus feminis, si (quod absit) rubore attentaverint, observari decernimus.* Ita Conc.

Respondet Pontius lib. 7. c. 14. n. 3. illam regulam Ecclesiasticam non suffit irritantem, sed solum prohibentem. Nec vero, inquit, quia Concilium dixit, hujusmodi copulationem contra Ecclesiasticas regulas esse contractam, id est existimet. Aliquis, jam ante Concilium istud præcessisse Ecclesiasticas regulas, hujusmodi Matrimonia irrita redentes. Ecclesiasticas enim regulas, quas dicit, eas intelligo, quibus tantum hujusmodi Matrimonia prohibita sunt, non vero irrita judicata. Hæc illæ.

Unde ad dictam regulam Ecclesiasticam Quamvis adulteras illas vocet Innocentius, id est, sacrilegas, quia Christo datum fidem violarunt; attamen invalida Matrimonia esse, nequaquam inde colligatur.

Nec vero est comparatione, quamlibet de ea, quæ vivente viro cum altero coniungitur, probari potest, sensu Innocentium hujusmodi Matrimonio nulla. Potest enim cap. 13. agens de his, que rito continet extra Religionem tenentur, & tamē post illud votum superlunum, eadem comparatione utitur de fide Christi datâ solūnque docet, hujusmodi violationem puniri debere, cum tamen Matrimonium post illud votum celebratum, validum ex omnium DD. sententiâ, Soller ego differri voluit Pontifex regnante, que in Religione castitatem voti, & que tamen, contrahentem Matrimonium, in maiori vel minori paenitentia, non vero in Matrimonii nullitate, Ita Pontius.

Sed, pace ejus, utitur quidem Pontificis cap. 13. comparatione de fide, Christi datâ, ast ubi utitur comparatione adulterie, cuius Matrimonium invalidum est; quia tamen comparatione utitur cap. 12. Ergo Pontifex non solum volunt differri virginem, quæ in Religione castitatem voti, & quæ extra, contrahentem Matrimonium, in majori vel minori paenitentia, sed etiam in nullitate Matrimonii.

Pro quo, nota illa verba Innoc. 2. Matrimonia non esse censemus, ubi non utitur verbo, Statutus, vel, Irritamus, quæ significare possent novum effectum; sed verbo, Censemus, quod in rigore significat tantum iudicium & declarationem nullitatis, quia jam antea erat, scilicet à tempore Innoc. & fortè etiam ante illud tempus.

Sed contra, dicit aliquis, verbum in lege humana novum ius indicat, utitur Glossa in Clement. 1. de Concordia, in verbis, Censemus, & ibi Panormit.

Respondeat Suarez tom. 3. de Relig. 9. cap. 21. n. 10. in primis; hi Autem nullo iure vel ratione id probant, claramen ex proprietate verbi potius figurant, juxta usum latinorum; idem, quod, dicitur, seu, Judicare, ut confitit frequenter apud Ciceronem.

Fatetur tamen, juxta usum iurius civilis, Censemere, idem esse, quod Confituisse vel Precepere, ut expresse dicatur, in leg. Cœpf. ff. de Verb. signif. in quo textu facta fundati sunt dicti Autore. Nec et significatio hæc aliena à iure Canonico: nam censura, prout est quædam Ecclesiastica, non penitentia, inde nominata censeretur. Negatamen nihilominus non potest, verbum, Con-

BIBLIOTEC
Sacrae Scripturæ
Parte I.

Responso
Pontii,

Sent. 12. De Injustiis.
sere, habere frequenter alteram significatio-
nem, etiam in jure.

Est ergo saltem illa vox anceps & dubia;
& ideo verisimile non est, ibi fuisse de novo
introductum hoc impedimentum irritans;
debetuisset enim cum majori claritate & cer-
titudine explicari; sicut in simili habemus
exemplum in Concil. Trident. sess. 24.

Accedit: quod praedicta *Glossa* ait, quan-
do constitutionis ratio est antiqua, tunc
verbum, *Cenfendi*, declarationem juris anti-
qui, non constitutionem novi significare.
Porro ratio dictae cenfure erat; qui hu-
iusmodi Matrimonia fuerant contracta
contra Ecclesiasticam regulam; que utique
non fuit ibi de novo statuta, sed antiquissi-
ma erat, ut constat ex multis Decretis apud
Gratianum dist. 27. & 27. q. i. & quam-
vis non ita expreſſe irritaret Matrimonia,
sed simpliciter prohiberet; tamen vel ex
signis & effectibus, vel ex usu ita erat de-
clarata, ut esset non tantum prohibens, sed
etiam irritans. Ita *Suarez* sup. aliquibus
omissis ad evitandam nimiam prolixitatem

Atque ex his idem Auctor n. 11. format
tertium argumentum, dicens: Quoties
Ecclesia non tantum in particulari facto,
sed lege universali præcipit, omnia Matri-
monia contrafacta cum aliquo impedimen-
to dissolvi ac separari, vchemens conjectu-
ra est, talia Matrimonia esse nulla; & sepa-
rationem illam non solum intelligi quod
torum, sed etiam quod vinculum: sed mul-
tò ante Innoc. 2. latæ fuerunt leges Eccle-
siasticæ, præcipientes separari perpetuò
hujusmodi contrahentes: ergo lex illa de
separatione quod vinculum intelligitur,
& per eam sat indicatur, hoc impedimen-

Vide responderi posse: illam perpetuam separationem fieri potuisse in pœnam tantius sacrilegii, & ad deterrendum alios, ne familia committant. Mibi tamen profecto, hoc verisimile non est: quia talis separatio non poterit fieri sine magno periculo animalium. Primum enim sapere contingere poterat, sicut nunc potest, alterum coniugum bona fide cum altero Religioso cōtrahere: maneret ergo illi perpetuò ligatus vinculo Matrimonii, & conseqüenter impeditus ad aliud Matrimonium; & nihilominus perpetuò separatus à Religioso coniuge sine culpa, sine voluntate, & sine effectu ad continentiam: ut hoc nimis onerosum & periculosum esset; imo videretur planè esse contra iustitiam: cur enim privaretur jure acquisito ille, qui nihil peccavit? Hac ille.

Et alia plura ad idem propositum adjungit, quæ diligens Lector poterit ibi legere, & videbit quâm sint omnia incerta, quæ

de: hoc effectu dissolutionis Matrimonii
disputant Doctores: maximè, si etiam in-
spicere voluerit Pontium lib. 7. ubi dispu-
tissimum hanc controversiam tractat, de qua
iterum erit sermo proprio loco, scilicet in
sequenti Parte, ubi de impedimento voti.

Impræfentiarium hoc unicum probare intendimus; olim fuisse distinctionem inter vota simplicia & solemnia; & per sim- plicia non fuisse disolutum Matrimonium ratum; & idè neque hodie disolvi per simplicia vota Societatis. Fuisse autem di- stinctionem, puto Satis probari ex testimo- nio Innoc. 1. sup. allegato.

Atque tunc per vota simplicia non fuisse
dissolutum Matrimonium ratum, convincit,
meo iudicio, antiquissimum Decretum
de hac re Eusebii sup. relatum, ubi non dic-
tit, licet de sponsata puerula emittere vo-
tum castitatis; sed: *Monasterium sibi elige-*
re, in quo uique solemniter proficitur.

538.
Pater ex
Iona 22.
Extravag.
Antique.

Patet ex iuribus novis, anteā relatis, &
presertim ex Concil. Trident. ac Extra-
vag. Joan. 22. *Antique*, de Voto, ubi hic
Pontifex primo resolvit: *Quod licet vo-
tum solemnizatum per sacri susceptionem Or-
dinis, quantum ad impedendum Matrimo-
nium contrabendum, ac ad dirimendum, si post
contractum fuerit; secundum statuta Cano-
num, sit efficax repudandus: ad dissolvendum
tamen prius contractum, etiam si per carnis co-
pulam non fuerit consummatum, cum nec iure
Divino, nec per sacros reperiatum Canonos hoc
statutum, invalidum est censendum.*

Secundo, auctoritate Apostolica distri-
ctius inhibet: Ne quisiā durante Matri-
monio, nondum etiam consummato, aliquem de
sacris Ordinibus praesumat suscipere, nisi prout
sacris Canonibus noverit convenientia.

Tertid, imponit pcam, secus facienti: 539.
Quod nec Matrimonio soluto in sic suscepto Or. Pca con-
dine ministrare, nec ad superiores Ordines pro- ficiuntur secus
vehi, nec ad aliquod beneficium vel officium facienti.

Ecclesiasticum valeat promoveri. Cum hac tamen limitatione, quæ ad propositum nostrum servit: Nisi aliquam de Religionibus approbat (quarum Professio ad captitatis cufodiā, & abdicationem temporalium, & sui Superioris obedientiam suos professores abstringat) ipsum canonici contigerit ingredi, ac ejus regulam expreſſe vel tacite proficeri: quo casu Diœcesanus super præmissis & singulis præmissorum cum eo dispensare valeat, nisi sit alia canonicum, quod obſtitat.

*Ubi non solum requiritur ingressus; sed Quid reū
insuper Professio expressa vel tacita, non quiratur ut
cujuslibet Religionis; sed Religionis appro- in ea dispensa-
bat: nec hoc tantum, sed talis Religionis, tur.
cujus Professio ad castitatis custodiam, &
abdicationem temporalium, & sui Supe-
rioris obedientiam suos professores astringit.*

G g g g g g 2 Hind

§ 40. Hinc Gloss. ibi, verb. *Approbatis*, inquit: *Debet ingredi diiam non prodeſſet, cùm aliae ſint prohibitiæ, & penitius revocatae. Et verbo: Caſtitatis cuſtodiā, infert: Non videtur ergo prodeſſe hoc caſtu, ingredi Religionem, juxta quam permiſſit concubitus uxoralis, ut eſt reperire in tertio Ordine S. Franci: vel in Ordine uulgariter nuncupato, S. Mariae in partibus Italiae, ut audiui. Ita Gloss. Potuifet addere illos Ordines Militares, in quibus Equites non profitentur, niſi caſtitas conjugalem, qua lecer largo modo dicatur caſtitas, ſive cum addito, conjugalis, ſecus ſimpliciter, & abſque hoc addito.*

Dénique ead, Gloss. verb. *Abdicationem temporalium*, ſic ait: *Cum indiſtinctè loquatur teſtus, intelligam in ſpeciali vel in communī: & ſic talis habebit ingredi aliquam de approbatib. Aliam igitur ingredi non prodeſſet, putat Canonorum Regulairum S. Aug. vel Monachorum Cisterciens. vel Cluniacens. Ordinis, vel Hoftalariorum, vel ſimilium, quibus licitum eſt habere aliqua, ſaltem in communī: arg. ad hoc ex iura de Regulari cap. Constitutionem, lib. 6. alia fruſtra dixiſſet teſtus: Quarum Profefſio, & cetera.*

Sed hec doctrina nobis non placet; alioquin non prodeſſet ingredi Ordinem Eremitarum S. Aug. vel Ordinem Prædicatorum, aut Carmelitarum, quibus licitum eſt habere aliqua, ſaltem in communī: quippe Concedit Sancta Synodus (Tridentina ſess. 25. de Regul. cap. 3.) omnibus Monasteriis & domibus tam virorum, quam mulierum, & Mendicantum, exceptis domibus Fratrum S. Franci: Capucinorum, & eorum, qui Minorum de Observantia vocantur, etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibiū, aut ex privilegio Apoſtolico non erat confeſſum, ut deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Dico igitur, per *Abdicationem temporalium*, intelligi ſolam abdicationem in ſpeciali, qua eſt communis omnibus Religionibus approbatis, in quibus fit ſolemnis Profefſio paupertatis.

Dico: *Solemnis Profefſio*; quia in Societate ſimplex votum paupertatis, poſt biennium emiſſum, non privat dominio rerum temporalium etiam in ſpeciali; & ideo non prodeſſet hic, ingredi Societatem, niſi poſt ſolemnem Profefſionem.

Sed quorū hæc omnia? Ut ſciās, quis ingressus ſolvat Matrimonium ratum. Sequitur namque in d. Extravag. Joann. 22. *Ad ingressum huiusmodi, ſic ordinatum, ſi Matrimonium consummatum non fuerit, per Diu-cesanum inſtanter moneri precipimus & induci: quod ſi forsan renuerit adimplere, ipſum ſi ſponsa ejus inſtititer, per censuram Eccleſiaſticam compellendum decernimus, contratum Matrimonium conſummare.*

Moneri, inquam, ad huiusmodi ingressum. Quid ita? Non profecto ob aliam rationem; niſi quod per cum ſolvatur Matrimonium ratum, non consummatum; per cum, dico, & non per aliū, alioquin non foret ratio, quare potius praecipere mox ad huiusmodi ingressum, quam ad aliam quenlibet, etiam Religionis non approbatæ, aut in qua non fit Profefſio, que poſſefſorem attingit ad caſtitatis cultu &c. Ergo judicavit Joan. 22. ad diſſolutionem Matrimonii rati omnino neccſariam eſt Profefſionem Religionis, que fuit poſſefſorem attingat ad caſtitatis cultu &c. Sed emiſſio votorum ſimpliſcium in Societate poſt biennium, non eft talis Profefſio, ut patet ex haec dictis, & go &c.

Unde etiam Sanctissimus Peter Ignatius, Coadjutor temporalis, qui de expiis ad Matrimonium tranſfibat, Profefſionem co- ceſſit ſolemneſſe.

Respondet Pontius lib. 9. cap. 5. n. 2. id factum fuiffe, non quia forte accidit, ſed quod omnis collector dobitatio, & nulla litibus occatio relinqueretur. Quamvis ſi de hoc aliqua ſi modo coniuratur, non dubito, quin illa pars obtinet. Haec illle.

Sed quæ ita pars? Non ſatis Auctori explicat; ego autem intelligo partem, qua prætenderet, Matrimonium ratum per tali vota non fuiffe diſſolatum; cum frequenter DD. ſententia, melius fundata, id docet, & non faciliter debeat quia privari iure jam acquisito. Saltem ex illo facto Ignatii liquido conſtat, rem eſte incertam.

Mea ſententia (inquit Valquez 1.2. diff. 165. cap. 10. n. 109.) & antiquorum trum noſtræ Societatis eft, per illa ſententia ſimplicia non diſimi. Matrimonium ratum, non consummatum; etiam in Coadjutorum formatorum, curioſe in ſolemnem poſt biennium, ſed poſt lugere & venit. Plura experimenta emiuntur. Haec illle.

Ratio vero (profeſſetur n. 112.) hinc ſententia noſtræ Societatis eft; quia votum & deo ſeruitio Religionis uno ex duobus modis diſſolvit Matrim. ratum, nempe aut omnino extuto Eccleſiaſ, aut ex Chrifti conſilio, in Evangelio tradito: neutrō autem modo dicere poſſumus, Matrimonium ratum diſsimi per vota ſimplicia, in noſtræ Societate emiſſa. Non primo modo, quia inſigilat reperitur in iure hoc privilegium confeſſum fuiffe votis ſimplicibus, & ubiſcumque hoc privilegium inventur ex prefum, ſolum conceditur votis ſimplicibus.

Non etiam ſecondo modo: nam quādvis Christi conſilium, hoc in univerſitate tribuifet hominibus, ut reliquaſcent uxores.

B
Sacra
paſtoralis
E

§ 41.
Videſur quod ſic.

Concil.
Trident.

Concedit Sancta Synodus (Tridentina ſess. 25. de Regul. cap. 3.) omnibus Monasteriis & domibus tam virorum, quam mulierum, & Mendicantum, exceptis domibus Fratrum S. Franci: Capucinorum, & eorum, qui Minorum de Observantia vocantur, etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibiū, aut ex privilegio Apoſtolico non erat confeſſum, ut deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Dico igitur, per *Abdicationem temporalium*, intelligi ſolam abdicationem in ſpeciali, qua eſt communis omnibus Religionibus approbatis, in quibus fit ſolemnis Profefſio paupertatis.

Dico: *Solemnis Profefſio*; quia in Societate ſimplex votum paupertatis, poſt biennium emiſſum, non privat dominio rerum temporalium etiam in ſpeciali; & ideo non prodeſſet hic, ingredi Societatem, niſi poſt ſolemnem Profefſionem.

Sed quorū hæc omnia? Ut ſciās, quis ingressus ſolvat Matrimonium ratum. Sequitur namque in d. Extravag. Joann. 22. *Ad ingressum huiusmodi, ſic ordinatum, ſi Matrimonium consummatum non fuerit, per Diu-cesanum inſtanter moneri precipimus & induci: quod ſi forsan renuerit adimplere, ipſum ſi ſponsa ejus inſtititer, per censuram Eccleſiaſticam compellendum decernimus, contratum Matrimonium conſummare.*

res propter statum perfectionis; tamen Ecclesia potuit hoc modificare, & intelligere non de quovis statu perfectionis; sed de statu perfectionis in Religiosa congregazione approbata, ita ut quāmvis aliquando licuisset relinquere uxorem propter vitam solitariam extra congregationem, antequam hoc consilium Domini esset explicatum, jam non liceat, postquam Ecclesia iustis de causis coarctavit privilegium hoc ad statum congregationis Religioꝝ; alioquin liceret etiam nunc ante Matrimonium consummatum secedere in eremum, & relinquere uxorem sine consensu illius, quod nemo dicet. Cum igitur Ecclesia haecenus solum declaraverit & concesserit hoc privilegium Christi voto solemnī, nemo audeat deinceps voto simplici, etiam in Religiosa congregatione emisso, illud tribuere. Haecenus Vaquez.

545. Et continuo adjungit aliam probacionem, ex inconvenienti, quod sequitur ex opposita sententia dicens: Atque ex op̄. sanè sententia sequeretur, posse ita dirimi Matrimonium ratum per nostra vota simplicita, ut eo dissoluto, mulier relieta alteri nuberet, & deinde ille, qui in nostra Societate vota simplicita emisisset, aliquā justā causā dimitteretur, & dimissus alteram uxorem sine peccato duceret, quod planè est absurdum. Hæc ille.

546. Respondet Pontius sup. n. 4. hoc nolum inconveniens esse. Quia, inquit, idem omnino sequitur ex natura rei in eo, qui solemniter proficitur; & etiam Doctores, qui contraferint, idem fateri tenentur multis saeculis in Ecclesiis id locum habuisse. Quia si hæc vis dirimendi Matrimonium ratum concessa est votis Religionis jure Divino, ut ego existimo; vel tantum Ecclesiastico, ut illi dicunt; cum ipsi etiam fateantur, vota Religionum multis saeculis non habuisse vim dirimendi Matrimonium post contractum, usque ad Innoc. 2. ut mihi videtur, ut autem ipsi sentiunt, usque ad tempora Gregorii 1. planè sequitur, illo tempore, dissoluto priori vinculo per vota Monastica, statim illis emissis potuisse valide contrahiri aliud Matrimonium; illicitè quidem auctoritate propriâ, licetè verò relaxante vota Pontifice, vel Episcopo, vel Religionis Prælato.

Quare, quod Gab. Vaquez maximum inconveniens judicat in suis votis, necessario concedere debet, juxta suam sententiam, in votis etiam solemnibus toto illo tempore, quo ipse etiam censet, in Ecclesia ea vota solemnia non habuisse vim irritandi Matrimonia post contracta. Quare levissimo ductus argumento, & quod in eō Doctore magis miror, non satis sibi confo-

nus, votis sua Societas denegavit, quod in eorum maximam auctoritatem cedit. Ita Basilius.

Incipio ab ultimo: si Societas judicaslet **547.** illum effectum cedere in maximam auctoritatem eorum votorum, miror profecto, ^{Oppugnatur primo.} eam non fuisse solicitam, ut in dicta Bulla Greg. 13. Ascende Domino, ille effectus, expressis verbis iis votis annexetur, sicut an nexus fuit effectus inhabilitatis ad Matrimonium subsequens: nam sciebat illum effectum dubium esse, immo à Plenisque negari; & etiam à Plenisque concedi, Pon tificem cum posse annexere, aut faltem declarare, cum à principio fuisse an nexum; sicuti Bulla: Quanio fructuosius, declaravit, per ea vota constituti hominem verè ac propriè Religiosum, seu in Stato Religionis. Sicut ergo Societas parum curavit illam auctoritatem, que fortè ex illo effectu potuisset accedere illis votis; ita non mirum, quod Vaquez de ea partim fuerit sollicitus; magis attendens ad veritatem, quam ad auctoritatem.

Porro quod hic Doctor non sit satis sibi consonus, unde constat? Ostendere debet Pontius, ubi Vaquez doceat; prius Statum Religiosum dissolvisse Matrimonium ratum, quām dirimisse Matrimonium subsequens: hoc scio, Suarium, qui ejusdem est sententia cum Vaquezio to. 3. de Relig. lib. 9. c. 23. n. 17. dicere, verisimili non esse, votum solemne continetiae prius incepisse in Ecclesia irritare Matrimonium contractum, quām contrahendum.

Et cod.lib. cap. 6. n. 14. sic ait: Tertiò ^{Votum fo-} supponendum est, per Ecclesiasticam le lemne non gem, communi jure contentam, nullum prius irrita- ^{vit Matr.} votum castitatis, cuicunque statui adjun- ^{contraðum,} quod non etiam inhabilitet personam ad ^{quām con trahendum.} Matrimonium contrahendum. Si idem docuerit Vaquez, certum est, quod optimè sibi consonet.

Sed neque ductus fuit levissimo argu- **549.** mento (quo etiam ductus fuit Suarius) le- ^{Vaquez non} vissimo, inquam, si bene expendatur & in telligatur cum Suario to. 4. de Relig. lib. 4. c. 3. n. 10. dicente: Absurdum esset, ^{fuit ductus} ut liberaret quis à vinculo Matrimonii ^{levissimo} per transitum ad Religionem, à qua posset Superioris auctoritate, propter frequentes & ordinarias causas liber dimitti; secūs quando in rarissimo solum calu, auctoritate aut dispensatione Summi Pontificis, jam autem, qui solemniter proficitur, non nisi in rarissimo calu auctoritate, aut dispensatione Summi Pontificis, liber potest dimitti; secūs qui transit ad Societatem per vota simplicia, post biennium emissa.

G g g g g 3 Quæ-

Quare vota Sacrae Societatis emissis post biennium non sint solemnia, ex Suario.

Sementia Sanchez, per ea non dirimi Matrimonium ratum.

Quare Tertio, hanc sententiam non expressè de finiveris.

Quid dicendum de votis Eremitarum. Sanchez.

Nunquid eadem ratio Religiosorum tertii Ordinis S. Francisci aut Dominicani, vel Augustini aut Carmelitarum?

Responsio crit.

Quæris; quid hisce votis desit ad solemnitatem? Respondeat Suarez sup. Neque deest extrinseca seu accidentalis solemnitas, nec vis impediendi subsequens Matrimonium; sed deest absoluta perpetuitas, quæ ex utraque parte, Religionis cœlicet, & Religiosi, nascitur. Et idem, secundum Suarium, & Vasquez, non dissolvunt Matrimonium ratum.

Idemque docet Sanchez lib. 2. disp. 18. n. 6. dicens: Tertiò infertur, quāvis dirimatur per solemnum ritum, aut quatuor votorum Professionem in Societate Jesu: non tamen dirimi per vota Coadjutorum formatorum, in ea emissâ; sunt enim simplicia, quāvis publicè emittantur. Hæc ille. Cujus proinde fundamentum aliud non est, nisi quod sola Professio solemnis, sive vota solemnia, habeant hunc effectum, juxta Trident. & alia jura, jam saepius allegata.

Et sane, quam rationem, existimas, habuit Trident. relinquendi hanc controvèrsiam indecisam, & tradendi doctrinam dirimutam? Quia, inquis, certa erat dissolutio per vota solemnia, dubia autem per simplicia. Sicut dixi sup. sic aliquis posset respondere.

Sed contraria facit; quod Concilia non solum rem prius certam, sed etiam dubiam, de qua inter Catholicos controvèrserit, saepius soleat definire. Cur ergo id non fecit in casu proposto?

Quia noluit, inquis, alioqui, si voluisset, quare non dixit, Matrimonium ratum solvi per solam Professionem solemnem? Respondeo: quia noluit; cur autem noluerit, ratio est; quia suum modum definiendi iudicavit sufficere, ut quisque intelligeret, per nulla alia vota dissolvi Matrimonium ratum. Interim fateri cogimus, hanc rem nondum esse fideli; cum, etiam post Tridentinum, à Pontio & Aliis oppositum defendatur & imprimatur, Ecclesiâ non contradicente; cum tamen facile posset contradicere.

Ex his patet, quid dicendum sit de votis Eremitarum. Quāvis (inquit Sanchez sup. n. 5.) olim dirimetur Matrimonium ratum, vita Eremitica in manu Episcopi, vel alterius Praelati, Professione, eò quod solemnis esset; jam tamen non est; sed Eremite aut nulla, aut simplicia tantum vota emittunt; unde iis votis non dirimuntur Matrimonium ratum.

Nunquid eadem ratio Religiosorum tertii Ordinis S. Francisci aut Dominicani, vel Augustini aut Carmelitarum?

Responsio crit.

CONCLUSIO X.

Matrimonium ratum dissolvitur per Vota Religiosorum temi Regulæ S. Francisci & S. Dominicani, qui collegialiter vivunt sub regimine Praelati.

Tertiarii Fratres S. Francisci (inquit Rodriguez to. 3. q. 99. Reg. q. 72. a. 1.) sunt in triplici differentia. Quidam enim illorum, & primi tempore, sunt illi, qui non faciunt tria vota essentialia Religionis, neque in congregazione vivunt, in propriis domibus, cum suis servis & filiis aut familiis, prout die possunt familiares, excepto, quod observant, que in Regula, per Nicol. 4. capitula, continentur. Alii Tertiarii sunt, qui faciunt predicta tria vota in manibus sui Ministri, vel Ministræ, coram sua communione, sed non subdividuntur, quia Aliqui istorum, post emissionem votorum seu Professiones, prædicto modo factam, permaneant & vivunt in communi. Reliqui vero, licet faciat Professionem in communitate, tamen potestea non vivunt in communib[us] sui Ordinis; sed in aliquibus Eremitioribus, vel Ecclesiis separatis a conventibus dicti Ordinis. Ita Eman.

Et verò Tertiarios primi generis, quoniam veros Religiosos, indubiturum est, & idem Tercie de ipsis non disputatur; sed tamquam certum supponitur, per eorum viventem formam seu institutum, licet fuerit per Papam approbatum, ut quidam secundum non vivendi, nullatenus tamen dissolvi Matrimonium ratum.

De Tertiariis se cundi generis. Conclusio nostra, est non de communione, sed de illis tantum, qui faciunt tria vota essentialia in manibus sui Ministri vel Ministeri, & vivunt collegialiter sub eorum regimine. Probatur autem; quia Sextus 4. dicitur, ratiō ea vota, emissā a Tertiariis S. Francisci, esse solemnia; idemque declaratius 3. de votis emissis a Tertiariis S. Dominicani.

Declarationem Sexti 4. his verbis refert Rodriguez sup. Sexto 4. statim ac dicitur, quod votum obedientie, paupertatis & castitatis, emissum a Tertiariis B. Francisci, habet vim & validitudinem voti solemnis, ac immensum inducat effectum, quem inducit votum solemnis, factum cuicunque de Religiosis a Sede Apostolica approbatis. Ac diffinitè precisanus mandavitis omnibus & singulis capitulo gradus, dignitatis, Ordinis aut conditione